

1672.

1. Clodius, Johannes : Jus clarigandi.
2. Clodius, Balthasar : Riturum exialceandi in con-
fractibus olim unitatem ex Antiquitatibus Struc-
tuum . . . publicae lucis sisteb.
3. Hoeltich, Franc. Henr. : Aborigine feud. [feudorum.]
4. Hoeltich, Franc. Henr. : De jure ambucacae.
5. Hoeltich, Franc. Henr. : De administranda tutela.
6. Hoeltich, Franc. Henr. : Episcopus panarius.
7. Hoeltich, Franc. Henr. : Jura legitimacionum.
8. Hoeltich, Franc. Henr. : De jure recriminationum.
9. Hoeltich, Franc. Henr. : Foemina non est homo.
10. Lederer, Michael Frideric : De monopoliis.
11. Leyser, W. Ch. : Jura aedificiorum et aedificandi.
12. ^{2^{te}} Nurger, Joachin : De athletis et gladiatoribus peni-
tus tollendis. 2 Exmpl.
13. Nurger, Joachin : De consuetudine, ejusque jure.
14. Nurger, Joachin : De contracta deponiti, ejusque
jure.

15. Nerger, Joachim: De majestatis dominio
supereminenti in bona civium.
16. Nerger, Joachim: De veneratione principum.
17. Ritter, Christophorus: De jure singulari pauperum.
Lutbo. 2 Exempl.
18. Stolbergius, Baltherus: De distinctione, cum
primis Novi Testamenti Graeci in Cepita
et nervos o. commenta et cola.
19. Straussius, Godefridus: Exercitatio II ad V. et VI. Libr.
Dig. selectiores quaedam Leges.
20. Vogel, Hermannus: De Justiniano Imperatore
21. Ziegler, Karper: De Jure Collocandi, a quibus,
quibusve personis et rebus impium Collocare
debeant.
- 1673.
- 1^a Frutzelius, Simon Fridericus: Cadavera humana,
et praesentiam occisoris, cruentata.
- 1^b Frutzelius, Simon Fridericus: De cadaveribus

humanis ad praesentiam occisoris evectatis

2. Hoeltich, Franciscus Henr.: De his quorum ratio reddi non potest.
3. Hoeltich, Franciscus Henr.: De legato rei alienae.
4. Hoeltich, Franciscus Henr.: Conclusiones Subteriacae ad L. Anastasianam.
5. Lederer, Michael Fridericus: De apostolis.
6. Leiser, W. Chelm.: De expectativis in casum mortis concessa.
7. Martini, Werner Theodor.: De restitutione alieni iniuste ablati.
8. Neger, Friedrich.: De testimonio.
9. Röhrensen, Christianus.: De jure aggregandi.
10. Scharfius, Jo. Frid.: Donationum jura.
11. Schurzfleisch, Konr. Samuel.: Origines Pomeronicae.
... ediderunt...
12. Straunus, Godofredus.: De obligatione mere civili.
13. Straunus, Godofredus.: De suffragio seu iustitiatione Antici apud principem.

14. Liegler, Kaspar: De praena committi
15. Liegler, Kaspar: De jure rectorum.

disput: 24.

9

1672

86

6

Q. D. B. V.

EXERCITATIO JURIDICA,

De

**JURE RECRIMI-
NATIONUM**

QVAM

EX INDULGENTIA MAGNIFICI
FACTORUM ORDINIS

PRÆSIDE

DN. FRANCISCO HENR. HÖLTICH,
JURIUM DOCTORE ET ADVOCATO
CONSISTORIALI

PUBLICE DISCUTIENDAM S.

JOACHIMUS ANDREAS KLEY,
ERFFURTENSIS.

AD D. X. AUGUSTI.

WITTEBERGÆ,

Literis MICHAELIS MEYERI, cl^o l^oc LXXII.



4. 1. 1774

Q. D. B. N.

EXERCITATIO JURIDICA

DE

JURE RECRIMI-

NATIONUM

SCRIPTA

EX INDULGENTIA MAGNIFICI

PETRI ABBATIS

PRÆSIDIS

DN. FR. ANTONIO HENR. HÖLTLICH,

JURUM DOCTOR ET ADVOCATUS

CONSISTORIALIS

RESPECTU DISCRETISSIMO

JOACHIMUS ANDREAS KLEY,

BRUNNENSIS

AD D. X. AUGUSTI

MIHI MICHAELIS MEYERICH DE LXXII





De
JURE RECRIMINATIONUM.

CONCLUSIO I.

*Injuriam (a) inultam relinquere homini Politico
(b) ignominiosum est, postquam viris bonis
omnis turpitudinum metus major, quam
mortis esse debet (c). Non raro etiam mori-
bus damnosum (d) est, patientiam hic exer-
cuisse, quam vix ac ne vix quidem contine-
re possint moderatiores quique, Et in caeteris o-
mnibus ad hanc edocti sedulo (e).*

a) **G**eneraliter injuria dicitur omne id, quod non
Jure fit: Ex eo enim dicta est, quod non Jure
fiat *l. 1. ff. d. Injur.* specialiter alias contumelia,
alias culpa: alias iniquitas & Injustitia secun-
dum Philosophiam Ulpianeam, cui inhaeret Sacratissimus
Imperator *in pr. l. d. Injur.* Non de omni ejus specie, quod
putem: sed in exemplis tantum; cum sic forte Genus pro-
positum non exhaustur omne. *Vid. ARISTOTEL. lib. 5. Ethic.
c. 8. REINH. BACCHOV. ad pr. b.* Nobis in delictorum privato-
rum serie significat dictum factumve omne ad contem-
ptum,

A ij ptum,



ptum, infamiam aut dolorem alterius directum. *ARN. VINN.*
ad pr. b. Quæ declarat singula Labeo, dum ait; omnem in-
juriam aut in corpus, inferri aut ad dignitatem aut ad infamiam pertinere. *d. l. 1 §. 2. d. injur. §. 1. l. 45. §. 2. seqq. D. eod.*
quæ omnia judiciis ac Magistratum disceptationibus legi-
timis supposita, non privatorum libidinibus habere debe-
mus. Juvat etiam notasse, quod non solum per nosmeti-
psos injuriam patimur: sed spectat etiam ad nos, quæ in his
fit, qui vel potestati nostræ vel affectui subjecti sunt. *l. 1. §. 3.*
ff. §. 2. l. b. t. Ex quo super injuria facta uni de Collegio
potest collegium agere: & ita uni de familia & aliis. *CARD.*
THUSCUS. lit. 1. Concl. 204. MENOCH. 2. d. arbitr. Jud. 3. CAS. 262.
add. DN. HAHN. ad WESENB. h. n. 6. V. neq. tamen omnes p. 705.

b) *Arg. L. Miles. 11. §. socer. 3. ad L. Jul. de adulter.* ubi locer
turpissimo exemplo vindictam domus suæ deserere dicitur:
& ex ea sic notat in terminis *JAS. ad L. Si Tibi §. 1. n. 7. d. pact.*
& alii multi, quos descripsit *PARTHENIUS LITIGIOSUS. l. 1. c. 3.*
n. 33. add. JODOC. DAMHOUDER. Loc. Com. V. infamiæ p. 230. Sic
est apud Indos maximum nefas injuriam tam facere quam
pati: *COEL. RHODIGIN. lib. 19. A. L. c. 26. f. 1085.* Dandum enim
aliquid famæ, quæ carmine gratior autem occupat huma-
nam. *HORAT. l. 2 S. 2.* Ex quo etiam Comicus non sat tuum Te
officium fecisse censuit, si non id fama approbat. *TERENT.*
PHORM. A. 4. S. 5. Et est jucundum satis illud in *Moscellaria*
Plautinum. l. 3. 70.

Ut fama est homini exinde solet pecuniam invenire
Ego si bonam famam mihi servasso, sat ero dives.

Cui si vis consentiat illud Juris nostri: Nihil tam inhumana-
num esse quam publicatione rerum familiarium pauper-
tatis detegi vilitatem *l. 2. C. qn. §. quib. quarta pars ex bonis*
Decur. sicut injuriosum maximè ab alio pauperem exclamari.

mari. *GeDOPRED. in N. ad SCHNEIDEW. d. injur. §. 1. Lit. l. Donec*
ergo totus mundus post divitias inclamat: non puto sugge-
stu indigere priscum illud:

Omnia si perdas famam servare memento.

Sed opportune Qr. an injuria proscisus ex eâ periculum
famæ lubeat, ita ut ipsi lædatur existimatio? Quod ex opi-
nionem vulgi ita ferè est, ut maledictis atque exprobrationi-
bus rumor & fama alterius lædi credatur, & vero per revo-
cationem opprobrii restitui. Ex quo ipso errore nata vi-
detur Actio ad Palinodiam, toto alioquin Jure Civili R. in-
cognita ARN. VINN. *ad §. 10. d. injur. n. 1.* Sed est saltem pauco-
rum veritas, quæ opinioni prævalet *l. pro empto. D. pro Em-
ptore. l. 6. §. veritas d. offic. Præs. l. cum falsa d. Jur. & fact. i-
gnor.* Adeoq; facilius quæsitum negatur; Quo magis per-
spectum est, in potestate privatorum non esse sive perso-
nam sive famam alienam in civitate: quæ non saltè sit in
sua propria. Exemplo obligationis bey *Schelm schelten*/quæ
habetur pro non adjecta velut conditio impossibilis SCHE-
PLITZ *ad Const. Brandenb. p. 4. T. 3. §. 1. n. 7.* Tantum abest, ut
ad producendam actionem efficax sit. GILMAN. *l. 1. Rer. in
Cam. judicat. Decis. 9. num. 36.* BESOLD. *in Tb. Pract. lit. B. num. 28.*
Hæc enim est diversitas in vita Barbarorum incomposita
(quam libertatem suo ingenio vocat Th. Hobbes) abs sociâ
& civili vita, Ut hic convitiator ut maximè voluerit, hono-
ri tamen alterius nihil detrahere potuerit. WURMSER. *obs.
de injur. 7.* Quemadmodum enim existimationi illius, qui
laudatur ab eo, qui nulla laude dignus est, parùm aut potius
omninò nihil accedit: itâ de honore & existimatione viri
gravis & honesti nihil detrahitur verbis injuriosis à levi
quopiam homine in eum prolatis: DN. MOLLER. *ad Const.
Elect. p. 4. C. 42. n. 6,* ubi porrò libellandum docet: *Es habe sich*

A iij

N. uno



N. unferstanden / so viel an ihm gewesen / Klägern an seinen Eh-
ren zubeschimpffen: Non verò ità: Er habe Klägern an seinen
Ehren geschmähet. Ut sic actio etiam ad Palinodiam intendat
nuda declarationem famæ in Actore illa in quam Reus
illata convicia recantet in pœnam mendacii, antiquum il-
lud experturus: Nemo injuriam patitur: Omnes injuri-
am agunt. Nam si fiat injuri quippiam ab alio, tunc is cui
infertur non patitur injuriam, sed ille inferens sibi ipsi ad-
sciscit injuriam. Ut facere sic possint omnes seipsis obla-
dendo. LUDOVICUS COBLIUS. l. 23. c. 18. f. 1294.

c) L. 8 §. 2. quod met. c. ubi vulgatum hæret Brocardicum:
Vita & fama pari passu ambulant. fac. l. 9. pr. d. manum. vind.
latè AUGUSTIN. BARBOSA AXIOM. 4. l. 6. c. 10. ubi addit: morta-
liter peccare, qui famam non defendit jure ex c. 51. & Canon.
non sunt audiendi 56. XI. q. 3. Serenissimus Saxo ita: Es ha-
ben ehrbare Leuthe allewege das Leben und die Ehre gleich / da-
gegen die Verletzung und Verleumdung derselben höher
und beschwerlicher denn die Leibes Beschädigung gehalten.
Const. Elect. 42. p. 4. pr.

d) Wegen einer Lügen darff ein Ritter fascia rubra kein
Seitenwehr tragen. LIMN. L. 6. J. P. c. 2. p. 63. Et est famosum
exemplum sellulariorum, qui injuriatos ab opificio suspen-
dunt vel excludunt, denen so gescholten / wird das Handwerk
geleget / oder werden in keiner Zunfft noch Gilden gelitten / biß
sie solchen Schmach von sich abgelehuet. CARPZ. p. 2. q. 94. n. 72.
ad. sis DN. HAHN. ad D. hic num. 18. in fin. princ. f. 715. Funda-
mentum faciunt in prætenfa illa opificiorum honestate, &
ut doceantur abstinere abs maleficiis, quotquot oderint fal-
tèm peccare formidine pœnæ. Hæc ita moribus non pla-
nè modò erroneis ex eo, quod non omni culpa careant,
quibus ex contumelia etiam audacissima, semper aliquid
hæret;

hæret; sed quod nuda quoque retorsione abs se projicere
possit, argumento eorum, quæ scripsit DN. ARUM. p. 2. decis.
Fenens. Dec. 13. In Jure tamen Civili fama non læditur inju-
riis, quod supra dixi, ut proinde nemo invitus ad agendum
compellatur arg. S. ult. ibi: *Disimulationes D. injur.* quod
præterea hodieque servat praxis teste CARPZ. p. 2. Pr. Crim.
q. 95. n. 90. seqq.

e) Repentina enim ea universa vis est iracundiæ & ini-
mica consilio CIC. *pro Marc. c. 3.* quæ pectus imò in adversa
compositum sic concutit planè, suiq; magis impotentem fa-
cit animum, quo destitutam magis credit habere messem
honorum, quorum se mentem inter sterilia & deserta quæq;
prolixam fecisse videri volebat, ex quo argumentum su-
mit justè irascendi; & jam pertinacius postquam sociã rece-
pit novam vindictam, quæ ipsa inter mala stat invicta, & in-
doctis inter iræ ferociam omnibus vitâ est jucundior ipsâ.
JUVEN. *Sat. 13.* Nota sunt obversa Christi Salvatoris præce-
pta. *Matth. 5, 39. SS. APOSTOLL. Rom. 12, 19. 1. Cor. 6, 7. 1. Thes. 5,*
15. GUIL. AMES. d. cons. l. 5. c. 28. n. 10. & si qua insigniunt reme-
dia moralium DD. SENECA *de Ira.* JEAN *de l'Espine. l. 3. de*
tranquillit. animi p. 217. PIERRE CHARRON. *de la sagesse l. 1. ch.*
27. & libr. 3. ch. 31. Sed IRA FUROR BREVIS EST!

II.

Jure ergò meritò (a) Magistratus præterquam
quod Judicium (b) aperuit non saltem Civi-
le sed & Criminale: quo secundum injuriæ
atrocitatem (c) pœna infligatur: reliquit hic
porrò arbitrio (d) aliquid privatorum (e)

atq;

uti quidem convitium & exinde contractum
laeso pudorem Mentita purgare liceat (f) aut
Retorsione (g) injuriam à se repellere: sive
Recriminatione tandem illatam levigare im-
patiens sit.

a) **Q** Vippè quod Defensio contra vim injustam est I. N.
Noranter Florentinus in l. 3. d. 1. & l. ut vim atque in-
juriam propulsemus. Quod ita per superveniens Civile
in totum additâ etiam poena mutari non debuit. arg. §. pen-
ult. de I. N. G. & c. l. 6. ff. d. 1. & l. Et sic Jure evenit, ut quod
quis ob tutelam sui fecerit, jure fecisse existimetur. d. l. 3.
adde exemplum l. i. §. ii. si quadr. paup. fec. dic. BART. SOCIN.
Reg. 359. In qua si proclive nimis est vitium, fragilitati id
condonandum est bonorum civium magis quàm poena-
rum acerbitate profligandum quicquid non turbat salutem
Reip. externam. Fac. quæ scripsit DN. WISSENB. ad. l. 3. d. 1. &
l. d. §. qui alioquin Retorsionem conscientiarum accusat ini-
quitas, quod audent in totam Novitii scriptores plerique.
Merebatur vero simile beneficium pars innocens & citra
provocationem calumniatoris satis futura quieta, ut quibus
alibi nimium quantum indiget, sumptus in litem ineptam
parcius facere, ac indemni Retorsione ad id pervenire li-
ceat, cujus non nisi dubiam spem facere poterant angustio-
si & qui R emp. aliquandò dirimat Processus sequela inde-
terminabilis. Prudentèr Saxo: Nachdem nun Ehrliebende
Leute sich in dergleichen Schmehe-Sachen in kostbare
Rechtsfertigung einzulassen Abscheu tragen. D. 6. 42. p. 4. add.
Polyzey-Ord. 1661. Tit. 5. §. 1. & §. 6. ibi: und darzu noch grosse
Geldspilterung aufwenden müssen. Et Decis. Novis 85. In dem
etliche solches als eine bloße verbotene Privat-Rache die andern
aber

aber vor ein Defensions-Mittel und Ehren-Rettung achten/
und durch diß Mittel offters grosse Zeit und Geldspilierung/
so bey denn Klagen und Rechtlichen verfahren an- und auffzu-
wenden seyn/ersparet werden können/&c.

b) Hoc aliud Civile est, quo poena privatis a Actoribus a-
liud Criminale, quo Fisco applicanda venit *l. ult. d. priv. de-
lict. l. ult. ff. §. 10. l. d. injur.* Ex LL. XII. tabb. propter mem-
brum quidem ruptum poena erat talio & par vindicta *FEST.
in V. Talionis DN. WISSENBACH. in ff. b. t. D. 19. 20.* propter os
verò fractum nummaria poena etiam constituta in homi-
ne libero 300. assibus, in servo 150. si Hotromanno credimus,
post quem alii tot sestertios poena fuisse autumant, *VINN.
ad hunc §. XXV asses librales retinet cum primis CC. O-
STERMANNUS in Colleg. Colon. V. 2. disp. 33. tb. 94.* sed hæc in ma-
gna veterum paupertate, quâ cum obsolevit: occasione
porro iniquissimi Verberonis L. Veratii, de quo videndus
*AGELL. l. 20. N. A. c. 1. add. BALDUIN. in annot. ad LL. XII. Tabb.
l. 53. 61. 62. & fecit Prætor liberum cuiq; æstimandi injuriam,*
quanti eandem factam sibi noller, in quo Judex arbitrio suo
definiret excessum *d. §. 7.* Deindè etiam L. Cornelia Cri-
minale judicium fecit, quo poscitur vindicta in exemplum
publicum *§. 10. f. §. l. ult. ff. b. t. super injuriis recensitis in §.
8. b. §. eleg. l. 5. pr. §. 1. d. injuriis:* Ex qua eadem per inter-
pretationem etiam civiliter injuriarum actio moveri po-
test condemnatione æstimatione judicis facienda *l. 37. §. 1. b.*
Præterea ex quolibet judicio damnatum sequitur infamia
*§. 2. l. de poen. tem. litig. l. 7. pr. l. 1. l. 4. §. ult. de his qui not. infam.
l. 18. c. cod.* Cui rei nota cautelas pro evitanda infamia. I. Si
per procuratorem reus experiatur: *SOCIN. Reg. 224. fall. 1.
B. CÆPOLLA Certat. 28. n. 1. GAIL. l. 2. pr. Obs. 102. n. 7.* II. Si
solvatur æstimatio injuriæ ante sententiam *BART. in L. in-*
B fam.

fam. D. de publ. judic. MATTH. Sing. 18 aut auctore nolente re-
cipere apud Acta deponatur WESENB. *de his qui not. infam.*
num. 9. CHRISTIN. vol. 4. Decis. Belgic. 202, n. 26, add. VINN. ad.
§ 10. l. b. n. 3. III. Quod solvat tertius sine mandato ipsius rei,
etiamsi sit convictus post ANGEL. SOCINUS & CÆPOLLA
d. l. IV. Is quoque, cui gratis injuria remittitur, infami-
am evitat. *l. 6. § 3. de his qui not. infam.* GAIL. *d. l. n. 17.* V. Sin-
gulariter qui auctore Judice transigunt *Id. n. 14.* PROSPER
FARINAC. *p. 3. q. 105. n. 63.* BERLICH. *p. 5. Concl. 63. n. 12.* VI. Sen-
tentia arbitrari nullo modo infamat, quantumque delictum sit
famosum ABB. *in c. causa replicationis, Column. ult. n. 8.* X *de*
restit. in integr. VII. Adversus quem in contumaciam pro-
ceditur. CARPZ *p. 2. q. 95. n. 89. cum allegatis.* VIII. Ob modi-
cam injuriam damnatus si sit infamis facilius restituitur,
GAIL. *l. 2. O. 102 n. 6.* IX. Quandoquidem fama etiam servari
condemnato in sententia possit. GAIL. *lib. 1. obs. 65. n. 6. & 7.*
X. Tandem in foris nostris, ubi eadem Theorica valet se-
cundum *gl. 5. art. 60. l. 3. Land. Recht. & gl. art. 68. lib. 1. late post*
DN MOLLER, & BERLICHUM *ad Constit. Elect. 42. p. 4.* CARPZ.
in pr. Crim. p. 2. q. 94. n. 69. & 71. ignominiam vitabit reus in-
terposita declaratione in primo ingressu litis, daß er von
Klägern nichts als alles liebes und gutes wisse. Qua & ipsa
Palinodiam ex actione recantatoria moribus ad infamiam
superinducta effugi posse docent comm. GOTH. FIBIGIUS
in process. membr. 2. sect. 2. in fin. CARPZ. *p. 2. q. 94. n. 88. & 94.*
n. 12. Ultra Qu. An judicium L. Corneliae injuriarum sit pu-
blicum? quod negat L. 42 § 1. *d. procurat. & l. 7. c. b. t. add.*
arg. § 1. l. de publ. judic. DN. TABOR. *partit. Elem. p. 2. sect. 2. n. 24.*
An actio injuriarum transeat ad hæredes? Resp. *ex § 1. de*
perp. & temp. act. An actio ad Palinodiam sit Criminalis?
quod voluit MARANTA *p. 4. dist. 1. n. 10.* DAN. MOLLER. *l. 1. sem.*

6
c. 23 pr. Rectius Civilis habetur cum *MRNS. cent. 2. Obs. 98.*
GAIL. lib. 1. observ. 65. WURMS. l. pract. obs. 8. tit. 47. DN. CARPZ.
p. 2. q. 94. n. 54. An cumulari possit? Et posse Civilem æsti-
matoriã cum actione ad Palinodiam Theoretici cum Pra-
cticiis Cameralibus consentiunt. *ARN. VINN. ad §. 10. b. n. 1.*
A. GAIL. lib. 1. obs. 68. MRNS. cent. 2. obs. 98. cum utraqve tendat
ad diversum finem & aliud prosequatur. Quo deficiente
fundamento in iudicio Civili æstimatorio & Criminali (quæ
utraque ad vindictam comparata sunt) una electa altera
consumitur *l. 6. l. 7. §. 1. b. t. GAIL. lib. 1. obs. 1. VINN. ad §. 10. n. 2.*
Judicia nostra admittunt cumulationem Criminalis &
Recantatoriæ, ut conjungi possint in eodem libello; Nec
possit tamen R. cum æstimatoria propter *Rescript. Elect. de*
An. 1637. apud: GOTH. FIBIG. process. membr. 2. sect. 2. f. 171.
CARPZ. lpr. Tor. C. 42. p. 4. def. 2. §. 16. Turissimum est libel-
lare super Christiana deprecatione auff eine Christliche Ab-
bitt / & ut arbitretur de coercitione Magistratus. *N. Pol.*
Ord. de anno 1661. tit. von Injurien § pen.

c) Atrocem injuriam quæ contumeliosiore & majorem
accipimus *ULPIANUS in l. 7. §. 1. seqq. b. t. ubi persequitur plenè*
& post eum *Imp. in §. 9. l. de injur. ubi notant Dd.* Sicut econ-
tra circumstantiæ faciunt, ut in aliis injuria non sit injuria.
e.g. Patris verbera in liberos aut magistri, vel mariti, vel ma-
gistratus *l. 16. §. 2. de pæn. l. 5. §. ult. l. 6. ad L. Aquil. l. 15. §. 38. b. G.*
BIC. Nucl. C. Arg. lib. 47. Tit. 10. D. 10. n. 3.

d) Pœna injuriarum aut *LL. XII. Tabb.* aut moribus
aut mixto Jure introducta est, inquit *PAULUS lib. 5. sent. 4. §. 6.*
& dixi de Civili sub lit. B. sin autem criminalitèr agatur, of-
ficio Judicis extraordinaria pœna reo irrogatur *§. 10. b. §. d. l.*
ult. de injur. ut reus vel in corpus coërceatur, vel irrogatione
multæ jam non parti, ut fit in iudicio Civili (quod sic dicitur

Civile, aliter ac in §. 3. de act. ratione Causæ Effic. ex qua prætorica est §. 7. hic) sed Fisco applicandæ. A. VINN. add. §. 10. n. 2. Ut etiam poena hæc injuriarum ad mortem extendi possit arg. l. 1 §. ult. d. extraord. Crim. C. 1. A. b. quod extensum etiam est ad forum Saxonicum à communi: sed CARPZ. POST MOLLER, in fustigatione definit quæ ultima relicta sit Judici in C. 42. p. 2. vid. prax. ejus Crimin. p. 2. q. 94. n. 47. 48. & seqq.

e) Vindictam alii dicunt privatam: quod ipsis relinquo. Retorsio non debet evagari limites inculpatæ tutelæ & justæ defensionis: alioquin punibilis est, CARPZOV. p. 2. q. 94. n. 26. Et est textus communis in l. 45. §. 4. ibi: & hoc si tuendi causa duntaxat, non etiam ulciscendi causa factum sit. D. ad L. Aquil. add. l. 25. de procurator.

f) Quod regularitèr secus est, ut nemini Jus sibi dicere liceat l. 16 ff. d. Jurisd. s. t. C. ne quis in sua caus. jud. l. fin. c. ubi Senat. vel Claris. & est ordinata Juris regula, non esse singulis concedendum, quod per Magistratum fieri publicè expediat. l. 176. de R. l. l. 14. C. de Judais AIRER process. c. 1. obs. 4. Magistratus etiam dicitur magister à monstrando l. 57. d. U. S. Exempla sunt in §. 1 l. de vi bon. rapt. §. 6. d. Interdict. L. 13. quod met. c. cui congruit L. pæn. §. ult. D. ad L. Jul. de vi privat. l. 7. C. unde vi.

g) Per L. 25. D. de Procur. in qua Mentitæ sic satis planum est exemplum. Utrum simul fundamentum R., aut hic aut in l. 14. de bon. libert. aut in L. 3. d. l. §. 1. Quod refutat Rennemanus de Jure Retorsionis & cum aliis vocatis in partes BRUNNEM, ad b. l. n. 5. id v. parum nunc sollicitos habet, cum & ipsi concedere debeant, moribus rem licitã esse n. 6. quibus quidè apud Nos innititur tota Juris Justiniani autoritas. Et super his securus magis Johannes Corasius etiam in loco Judicii & in

6
& in præsentia Judicis mentita uti, licentiam facere voluit.
ad L. 13. D. de Servit. Rectè autem notavit D N. BRUNNEM.
nondum finita lite, qui retorquet præposterè agere & pœ-
nam mereri *ad d. l. 25. n. 7.* Et opportunè subjungit: Judi-
cem Retorsionis aliquod scriptum ad acta recipere non
debere, quia est vindicta extrajudicialis, quæ ad Judicem
non pertinet ex autoritate JCTissimi D N. MEVIER *part. 5.*
Dec. 329.

h) Retorsionem in universum dicunt communiter, si
quod convitium aut maledictum indebitè factum retundi-
tur data Mentita vel nuda: sive quæ relationem habet cri-
minis ejusdem, quod sic torquetur in injuriantem ipsum:
aut tandè mea fiat, quæ novi criminis simul objectionem
facit. De qua sic in genere multi illicita & dedignantia
multa docent: nec iniquùm, modò non illud de qualibet
ejus specie intellectum aut vellent ipsi, aut facerent alios.
Breves hæc asserciones nostræ sunt. Totum illud nego-
tium, quod præservare famam nostram creditur, inter pri-
vatos sub generali Recriminationum appellatione venire
posse; Objectivè quippè circa rem illicitam versatur, &
quæ delictum facit in foro etiam externo, quandoquidem
primam continet offensam aliorum. Et si verò saltim
tantum secundam & causatam, admodùm tamen in pro-
patulo est maleficium conscientiarum. Is enim cui in-
juria dicitur, debebat eam dissimulare aut promptius con-
donare calumniatori, inter fraterna dehortamenta super
simili caducitate salutis ipsius æternæ, quam alioqui carissi-
mam licet redemptam habeat in vanum! Tantum abest
secundum Fidem, ut eandem iracunda dementatione ma-
gis irritare possit, quam nec ipse saltem ad animum revo-
care debebat, Non uno CHRISTI Salvatoris exemplo, cu-

jus sancta conversatio est tota nostra institutio. *Vid. CHRYSOST. HOMIL. 9. super MATTH. & JACOB. OMPHAL. de usurpat. Leg. l. 2. c. 10.* Postquam Mentita & in simplex vix extra peccatum est inrer vindicias humanarum quidem calamitatum: quantum ergo minus per Retorsionem aut Recriminationem justa erit in facie Dei? Et sic repulsa omnis privata injuriarum criminis naturam sapit, quod supra positum: ut sub Recriminatione tanquam genere tota stare possit in partes mox dirimenda secundum diversitates suas Civiles. Dum enim nudam habet solum purgationem pudoris Mentita dici possit: ab inde, quod per verba mendacia fiat, Tu mentiris, falsum est, &c. Et haec nullam debebat habere coërcitionem externam, ne quid ex convitiis hæreat ipsi læso, ex vulgi saltè opinionione; tum ut reus impunè bonos viros diffamare posthac quidem dediscat. Aut regeritur præterea crimen falso alteri oblatum; quod sic infamans meritò recuperat, quippè quod abs se venerit, & sequitur verò alibi partus ventrem. Qualis retorsio cum sæpiuscule majora mala parturiat, indeo revulsa magis ad curam civitatis criminis quidem simplicem refusionem compensat: sed verò in retorquentem nihilominus quantocius extravagatur limites tela vibrat & poenas. Tandem indignatio ita præcipitat mentem ex crimine sive verò sive falso novis dicto, ut diffamanti quodvis aliud levius an gravius? iterùm dicamus & effundamus largitè, nedum à verberibus temperantes: quo ipso manifestum crimen fit, quod poenam accersit, in quam semel Lex pro homine consensit *arg. l. 1. ibi: communis Reip. Sponsio d. LL. nisi quoad mitiganda fiet; quo de suo magis ordine.*

Undiq; vaq; requiritur, ut dolo malo quod factum sit, sive per contemptum fiat, aut etiam quod contemptum ac dedecus ei accersit, qui injuriam patitur (a). Sive Re sive Verbis (b) parum ad hæc nostra interesse faciunt Dd. ut sic etiam Realem revertere liceat (c).

a) *L. 1. l. 15. § 2. D. d. injur.* adeoq; hæc duo conjunctim requiruntur, & imprimis animus injuriandi *l. 3. § 4. b. l. 34. pr. d. O. & A. HIER. TREUTL. vol. 2. disp. 30. t. b. 5. lit. B. H. VULTEJUS l. 1. Jur. Rom. c. 40.* Unde animus injuriandi dicitur fundamentum & substantia injuriæ. *GOEDEN. Conf. 31. n. 11. MTNSING. R. 51. n. 11.* Et jam qui servo suo pugnum ducere volens si alium invito percusserit, non nascitur injuriarum actio. *l. 4. b. t.* Commodè *Qv. de Concione* s. Parocho, quando pro concione aliquem injuriosis verbis notarit, an teneatur injuriarum: quod affirmat *D. REINKING. de Reg. sec. & Eccles. Lib. 3. class. 2. c. 2. n. 7. & post alios DN. STRUV. Exerc. 48. t. b. 56.* Prajudicium habet *HAHN. ad D. hic. n. 6.* ibi per alias personas *in fin.* Sed an & ad palinodiam teneantur Clericis videbo. Contraria sunt vota *BERLICHII p. 5. conclus. 62. n. 22. & CARPZ. p. 2. q. 96. num. 19.*

b) Hos faciunt communiter cancellos *Dd. in §. 1. d. injur.* sed omnes rursus duplicandos. Nimirum Verbis (1) Lingvâ nuncupatis. (2) in scriptum redactis. Et factis quoque vel in corpus molestiam inferendo per verbera &c. vel facien-

ciendo aliquid citra corporis lationem, quod ad infamiam alterius pertinet. BACHOV. *hic n. 1.* Gestu etiam ad alterius contumeliam composito HENR. HAHN. *D. hic, n. 3.* A. VINN. *hic n. 1. add.* CARPZ. *p. 2. q. 99. n. 6.* & vide prolixum catalogum ap. MEJER. *in c. Argent. ad h. tit.*

c) DOM. CARDIN. THUSCUS. *Pr. Conclus. Tom. 6. conclus. 953. vers. idem est, si facto quis injurietur.* Si quis adversum me elevat manum, licet non percutiat, possum manu percutere eum, & non teneor actione injuriarum. Infert enim injuriam facti, quod licitum est propulsare factò, prout verba verbis ex BOER. *Consil. 4. n. 31. § 44.* Interim fallit illa Theorica vulgaris, auff eine Lügen gehöret eine Maulschelle / KÖPPEN. *2. obs. 82. n. 8.* de qua subdubitat saltem Additionator BESOLD. *V. Lügen.* Et multò magis altera isthæc: auff eine Maulschelle gehöret ein Dolch. v. BERLICH. *p. 5. conclus. 64. n. 29.* CARPZ. *p. 2. q. 97. n. 40.* Et quod Baldus dicit: Licere alapam gladio repellere, & si eo ictu vulneratus ceciderit, quod non tenetur de occiso; ita est intelligendum, ut non puniatur pœnâ ordinariâ; non ut planè sit immunis. BESOLD. *Tb. Pr. lit. M. n. 35.* Quod tamen ad provocationem, uti loquuntur, solennem (Ausforderung) minimè est extendendum; sed illic occisor indistinctè tenetur de homicidio. EVERH. SPECKHAHN. *Centur. 3. q. 6. class. 2. n. 3.* BESOLD. *V. Ausforderung.* Jure militari illo planè abrogate, das Faust- und Kolben-Recht vocant VALENT. WINTHER. *P. L. l. 2. n. 1.* BESOLDUS *cum addit: suo hac V.* & latè de ejusdem ortu ac progressu ex CASPARO à LERCH. DN. SPEIDEL. *V. ead.* qui colaphos etiam non injuriosos in Principibus & Nobilibus recenset. *V. Wehrhaft machen. § sub. lit. M. num. 62. f. 325.*

IV.

Injuriosa autem Verba sui naturâ presumuntur, & secundum ea illata injuria nisi contrarium probetur, aut circumstantia aliud suadeat.

Sunt quædam verba omni suo usu (qui naturam eorum abiolvit GODOFR. *ad rubr. de V. S.*) contumeliosa: quædam verò sui natura aut moribus per se injuriosa non sunt, licet difficilis concoctionis. Illa manifestam faciunt injuriam, si animum habeant injuriandi conjunctum. Qui tamen in dubio (præterquam in personis cognatis. *Vid. THUSC. l. Conclus. 164 n. 12.*) præsumitur, quo ad contrarium à REO non probetur *L. 5. C. de injur. ubi Impp.* Victorino rescribunt: Si non convitii consilio Te aliquid injuriosum dixisse probare potes: Fides veri à calumnia Te defendit *THUSC. conclus. tota. 159. Injuriosa verba quando animo injuriandi vel non presumuntur WESENBECK. in π. b. n. 8. MASCARD. 2. de probat. conclus. 902. n. 6. seqq.* Idque conjecturis aut circumstantiis, quæ dolum purgant: exemplo *l. 3. §. 3. l. 15. §. 23. l. 15. §. 10 b. t.* Quod fiet etiam per juramentum si ita Judici videbitur. *HOSTRENS. in S. de purgat. Canon. n. 3. Latè CARPZ p. 2. q. 97 n. 6 8* Quod rectè, puto, limitant Veteres, Si alrà voce dicta sunt & cum iracundia, ut tunc non stetur juramento post: *JO. de ANAN. THUSCUS lit. I. Conclus. 159. n. 8.* Ubique pœna liberatur omni Reus. *DAN. MOLLER. ad d. Const. 42. n. 28. seqq. p. 4.* Ex altera parte cum aliquid naturâ aut moribus injuriosum non est, tùm Actor injuriam probare compellitur *arg. L. 42. d. V. S.*

C

M. A.



MASCARD: d. l. q̄od nisi fecerit, Reus absolvitur. H. TREUTL. d.
Vol: 2. disp: 30. tb. 5. lit. B. Injuriosa verba latè persequuntur
ZUL. CLARUS in §. injuriar: CARD: THUSCUS Tom: IV. tit:
Conclus: 158. cum alleg: add: DN: CARPZ: p: 2. q: 94. n. 3. & q.
94. n. 33. seqq: BERLICH: p: 5. Conclus: 59: In genere omnia
ea sunt, ex quibus objectis alterius opinio & existimatio di-
minuitur: quantumvis cum protestatione aut praefatione
honoris TREUTL: d. l. lit: g: cum plena Dd: Schola. ANT: FAB:
C. b. t. decis: 1. n. 3. quia protestatio facto contraria nihil ope-
ratur. A: VINN: ad §. 1. de injur: n. 4. Diss: frustra OSTER-
MAN: in Colleg: Colon: V. 2. disp: 33. tb. 67. Quod speciosius
quoad judicialem faciebant alii BOER. Conf: 4. n. 39. THUSCUS:
concl: 153. n. 6. & concl: 161. n. 4. Injuriosa porro non sunt,
si quis dicit se alio nobiliorem, honestiorem, aut clariorem.
DECIUS. Conf: 184. LANCELLOTT: CONRADI tr: d. duellis
p: 1. concl: 17. aut Nobiliorem alio ZAS: in L. 74. d. V. O. n. 7. DN:
BRUNN: ibid. n. 3. Siquis excipit de falso Procuratore, aut de
teste infami, modò non perseveraverit obstinatus in exce-
ptione THUSC: Concl: 161. n. 9. quod rectius admittunt saltem
si probaverit. L. SCHRADER: Tr: F: p. 9. c. 4 n. III. ad. GAIL: 2. O.
201. n. 6. seqq: Nec magis Advocatus injuriam facere dicitur,
si dicat parti vel Advocato testes subornatos vel falso
instructos GUID: PAP: sing: 330. & generalitèr quicumq; se-
quendo artem suam aliquid injuriosum detegit secundum
artem: exemplo Astrologi, aut Chyromantæ, qui dicit fur-
tum, scorta &c: facta. L. 15. §. 13. de injur: Et vide CRAVET-
TAM Conf: 9. n. 20. seqq: ubi per multa exempla docet quod
verba media quæ sunt τὸν μέσων l. 1. §. 3. de serv: corrupt: ubi
GODOFR: l. 3. D: ad L. Corn: de Sicar: semper excludunt de-
lictum vel injuriam.

Ultrà ad hæc requiritur, ut non fuerit dissimulata (a) aut aliàs remissa (b) injuria: alioquin semel omisa ex intervallo recuperari non potest (c).

a) Obligatio & secundum eam actio injuriarum vel ab initio impeditur, ne nascatur: vel nata tollitur per remissionem §. ult. l. de injur. ubi dissimulatio genus est: sub quo stat tam omisio acqvirendæ, ibi: statim passus &c. quam acqvistæ derelictio. Illic quod injuriatus illatam non curet sive rideat; quandoquidem nulla injuria est, quæ involentem fiat l. 1. §. 5. d. injur. GVIL. AMES. l. 5. d. consc. c. 6. f. 274. Quod eadem ratione Bachovius ad Reales injurias extendit, ut & hæc contemni possint ac dissimulari ad §. ult. b. n. i. Imperator Sacratiss. post ULPIANUM in l. 11. §. 1. b. i. dixit, non statim ad animum revocare injuriam. Unde Practicorum celebris formula libellandi: Wenn den Kläger solches / so bald er es angehört / oder dessen Wissenschafft erlanget / ad animum revociret / auch nochmahln tieff zu Herzen ziehen thut. Dissimulata autem non est omnis injuria censenda, ad quam adversarius siluit, cum & is qui tacet possit ad animum revocare injuriam, licet non semper tutum habeat aut commodum ostendere ulciscendi animū, sed oportet intervenire pro dissimulata declarationē aliquam neglectæ injuriæ BACHOV. d. l. n. 1. post Gloss. in hunc §. ult. qualem etiam ex gestibus externis judicamus; veluti si quis sine ullo offensæ aut commoti alienativè animi indicio injuriam excepit. VINN. hic n. 1.

C ij

b) Re-

b) Remissio est omisio injuriarum, una cum jure, quod ex ea nobis quaesitum erat. Quæ fit dupliciter: Undè alia Expressa est, per declarationem apertam voluntatis de remittendo: alia Tacita, quæ conjecturam facit remissæ sive ex factis contrariis: sive ex lapsu temporis. Illius exempla sunt in transactionibus: in pacto, quod hic legitimum est. *l. 27. §. 4. de pact. l. 17. §. 6. de injur.* aut quocunque placuerit modo amovere delictum inter partes; absente etiam & ignorante ea quæ injuriam fecit, quod rectè sic decidit inter *VETT. BACCHOVIUS* ad eam speciem: quando moribundus Confessori, dixit, se remittere injuriam quam passus est: ut reconvalescens reassumere non possit nequiter procesum *in d. §. ult. n. 2.* Cui æquiparare licet deprecationem nostram Cathedralicam. *N. N. läßt bitten / wo er jemand in dieser Christlichen Gemeinde erzürnet habe / der wolle es ihm umb Gottes willen vergeben / desgleichen habe er in seinen Herzen auch gethan.* Censetur enim planè ita facta remissio: quæ deposito solo rancore animi in foro conscientia, non erat operatura in foro contentioso *HIPPOL. de MARSIL. in singul. suo 246.* Tacitam remissionem facit 1. Lapsus temporis, & in Theoreticis anni quidem utilis, quem regularitèr actiones Prætoria (& sic etiam æstimatoria nostra *per §. 5. de injur.*) præfinitum habent *pr. l. de perp. §. temp. act. ubi Dd. §. est tx. in l. 14. §. in causa 2. quod met. caus. junct. l. 5. C. de injur. add. BACHOV. & VINN. ad sæpe dict. §. ult. d. injur.* Non dissentit planè *WISSENBACH. b. §. in D. tb. 31.* sed in foro receptus est annus continuus à die scil. scientiæ decurrens ad præscriptionem injuriarum: saltem quod odiosa super iis omnis sit actio. *OLDENDORP. cl. 7. act. 10. n. 7.* ubi super hoc actionem quoque *L. Cornelia* quamvis Civilem annalem facit. Nec enim debebant li-

tes

tes propagari ut vites, sed minui *gl. in L. non distingvend. §. quæsitum. de Recept. Arbitr.* Sed communis dissentit: quam recipit SERENISS. SAXO in *Const. 46. p. 4. ubi MOLLER, BERLICH. CARPZ. &c.* 2. Ex factis præsumitur pro remissa, ut si injuriatus comedat, ludat & bibat cum injuriante aut amicè confabuletur cum eo: ipsi det osculum aut dextram manum, ipsumq; salutet, vel alio modo familiaritè cum eo conversetur; undè remissio colligi possit. BALD. in *l. fin. d. lit. §. posth. gl. in cap. cum Adrianus dist. 63. §. gl. Civilis in §. ult. de injur.* CARD. THUSCUST. *conclus. tota 164. §. CARPZ. noster Pr. Crim. p. 2. q. 97. n. 50. ubi n. 51.* eadem ex Jure Saxonico confirmat. Objicit hæc aliquando sibi VENTURA ille MALENTENUS in *Partben. Litig. l. 1. c. 11. num. 40.* Lites scil. ex injuria natas adbibitione, comestione tolli & minui. Cui respondemus (inquit) per ejusmodi familiaritatis actus non litem sive actionem injuriarum, sed rancorem tantummodo animi & odium remitti. In quo sic à proposito suo aberrat amputator alioquin austerè vitiligationum. Licet enim concedamus ita de comotatione, quam subdit auff Hof-Recht / quod non præjudicium faciat querelis & discussionibus malè intellectis, propter adjectum modum, qui moribus valet in vim protestationis de non præjudicando, Ich erwartes auf Hof-Recht / ich brings dir auf Hof-Recht. GAIL. de Arrest. c. 15. n. 9. SPEIDEL. in spec. V. auff Hof-Recht. De comestione tamen aut conversatione omni hæc nihilum valent, nisi quæ non fiunt motu proprio: E. g. si in convivio (auff öffentlichen Mahlzeiten und Gastereyen) ad unam mensam sedere jussi honestatis gratia sic convivantur quiete JOAN. FABER. ad §. f. b. t. CARPZ. d. l. num. 51. aut si cui offertur osculum in Ecclesia, quod non potest honestatis causa recusari arg. clement. ult. de sentent. excomm.

C iij

qua



Qua occasione de coena Dominica, quod nec ejus commu-
nionem remissa censeatur injuria iudicatum referunt in Cu-
ria Frisiae ex SANDÆO l. 5. tit. 8. defn. 12. A. VINN. aa b. §. ult.
n. 4. GRÖNEVEG in LL. abrog. ibid DN. WISENBACH. ad D.
bic th. 29. Facit illud Masverii quod nemo teneatur de ne-
cessitate salutis satisfactionem sibi debitam pro injuria il-
lata remittere: rancorem verò tenetur remittere, ut in o-
ratione Dominicæ dicitur: Et dimitte nobis &c. in Pract.
T. XV. n. 3. Sandæi tamen rationes ad speras dissipavit more
suo ANTON. MATTHÆI T. de injur. c. 1. n. 15. Effectus post-
hæc omnis remissionis est, ut injuriam extingvat inter par-
tes CARPZ. p. 4. C. 46. def. 8. §. p. 2. Pr. Crimin. q. 97. num. 50.
ex quo tamen non præjudicatur Magistratui, quin is possit
ex officio poenam irrogare nocentibus, non obstante remis-
sione per text. elegantem in l. 7. §. 14. de pact. §. add. CARPZOV.
d. l. n. 53. §. in defn. d. l. defn. 9. n. 2 seqq. ASCAN. CLEM. d. patr.
potest. offert. 8. n. 19. ubi prætereà illud occurrit, quod pater
remittens super injuriis filio factis, filio injure agendi non
præjudicare possit. Quod fere aliter est in l. 17. §. 12. 13. de
injur. §. add. PINELL. in l. 1. p. 3. C. de bon. matern.

c) §. ult. l. de injur. in tantum, ut nec quidem per resti-
tutionem in integrum resuscitari possit. ANT. FAB. in Cod.
l. 9. T. 20. def. 12. n. 1. seqq. CARPZ. p. 2. q. 97 n. 49. Ratio in
eo est, quod actio extincta non reviviscit l. 98. §. 8. de solut.
junct. l. 14. §. 9. de adil. Edict. etiam ingratitude superven-
iente. J. SCHNEIDEM. ad §. ult. b. n. 6. quod iniquum sit æqua-
liter repeti, quod semel omisum est; & magis quando-
quidem damnum pecuniarium hic non persequimur: sed
vindictam magis agimus contumeliæ, quam credimus no-
bis factam fuisse. VINN. d. n. 1. Quod eò utile est, ut scia-
mus remissâ quantumvis injuriâ peti adhuc posse impen-
sas

fasurationis & pretium operarum, quibus caruimus occa-
 sione vulneris illati: quippe quia ob datum, non ob con-
 tumeliam debentur *l. 15. §. 46. de injur. COVARRUV. 2. Resol.*
10. n. 7. JUI. CLAR. l. 5. Rec. sent. §. fin. q. 58. add. MYNS. Cent.
4. obs. 10. COSTAL. ad L. 7. de condict. furt. ad hanc enim verò
solum, non etiam ad damna vindicanda competit actio in-
juriarum, quam Tx dicit dissimulatione aboleri. BACHOV.
b. n. 2. add. const. Elect. 46. p. 4 §. Exriel aber.

VI.

Quisquis ergò falsum alteri objecerit, ei tutò
Mentitum datur (a) sive purè, Tu mentiris,
Tu mentiris per gulam (b) sive sub condi-
tione, si hoc dixeris, mentiris. Quin &
generalitèr ita: quicumq; hoc dicit, is menti-
tur (c).

a) **P**uta, ut non obligetur provocanti, contra quem provo-
 catus dixit sui defendendi causa. Alioqui mentiri ali-
 um dicere, regularitèr injuriam infert punibilem *l. 15. §. 5. de*
injur. Importat n. maleficium, quod foedisimum vocant *S.*
Scripturæ. Act. 5, 3. & gravius furto ap. Eccles. 6, 20. v. 26. V.
CARD. THUSCUM lit. M. t. Concl. 204. Et hoc limitant
 male, quandò mentita datur cum potestacione pramis-
 sa sive in principio: salvo honore Tuo &c. mentiris,
secundum supra notata ad Concl. 3. add: Gail: lib: 2. Cos: 100.
num: 2. Subtilius verò per protestationem hanc subse-
 quam & subjunctam Mentiræ correctæ & enervata videri
 possit injuria in quantum sic statim se penitere ostendit in
 eodem

eodem delicti loco pars de illata: quomodo ferè poenitentiam etiam ex intervallo quadantenus utilem faciunt. *Cagnol: in L. quicquid calon. n. 14. d. R. 7. & variè THUSCULI: T. concl. 105. SCHRADER. Tr. F. p. 9. c. 4. n. 127. add. Fern. Vasquium 1. Illustr. controvers. c. 18. n. 29 Barbos l. 4. c. 14. axiom. XI. ibi: Delictum continuatum gravius punitur. Injuria identidem est: Tu falsum dicis: quomocunq; aliàs mentiri & falsa dicere diversa sint ex sententia P. NIGIDI ap. AGELLUM l. XI. A. N. c. 11. Falsum esse quod NERVA respondisset, posse te à me pretium consequi ex vendito agentem, quasi habere mihi rem liceret, CELSUS filius agebat impunè in l. 29. D. de Evict. fortè ex eo quoq; quod non in personam diceret, sed in rem contra decursum injuriarum solitum. Cujac. in PAUL. lib. 18. ad edict. Hac de turpitudine mendaciorum scribenti incidit quæstio. An eadem pertranseat ad Advocatum? quem aliqui sub specioso fallaciarum aut togatorum stratagematum titulo Exemptum faciunt S. Imperii Naturalis. Nec mirum: postquam divulgator ejus Hugo Grotius mendacium omne viris bonis salutare ante Evangelium culpæ non fuisse darum, revelationem fecit. ANGELUS planè regulam conceptam voluit in l. si quis 12. de Injur: Mentiri licere in judicio pro Jure suo conservando: Quam cum multa cautione adornavit. AUG: BARBOSA l. XI. c. 22 axiom: 4. in med: Sed ANGELUM quis non sequitur?*

b) Post BALD: & ANGEL: SCHRADER de Feud: p. 9. c. 4. n. 125. add. THUSCUM Concl: Mentiri aliquem & c:

c) BERLICH, p. 2. Concl. 64. n. 8. CARPZ. p. 2. q. 79. n. 23. & lib. 2. R. 68. n. 6. alioquin etiam impersonaliter concepta fit injuria: non enim quæri oportet, cum quo quis loquitur: sed in quem voluntatis intentio dirigatur. arg: l. 77. §. 26 de Legat: 2.

VII. Sic

VII.

*Sic quoq; licet: Tu mentiris ut fur, vel latro.
Non ita: T.M. tu fur, tu latro.*

Pulchrè in hanc rem disserit LUDOPH. SCHRADERUS *de Feud:*
p.9.c.4.n.116. seqq: quem describo cum meliora non suc-
currunt. Hanc decisionem inquit tenui ego in lib: 1. *Inst: in*
materia defensionis: & in quodam consilio meo impresso in-
ter Consilia variorum lib.1. *consil. 40. n. 28. cum multis seqq:*
Eandem opinionem motus meis rationibus sequitur
MYNSING: *centur. 5. obs. 17.* ubi ipse ita attestatur in Camera
Imperiali ita pronuntiatum. Tum quia illa verba Tu men-
tiris ut fur &c: ad unum eundemq; effectum tendunt, diver-
sæ injuriæ non oriuntur. Tum quia hæc verba fur, scelestus
&c: qualificativè adjiciuntur verbo Tu mentiris: & cer-
tum est, quod verbum qualificativè adjectum alteri, per se
novam injuriam non inducat. Tum quia hæc verba fur
&c: non principalitè sed in consequentiam proferuntur.
Et C.E. in omnibus actibus non id quod in consequentiam,
sed quod principalitè fit attendendū, & secundum illud de
toto actu deq; omnibus sequelis judicium faciendum. Et
quæ subnectit *plura d. l. fol 366.* Hæc nobis sufficiant. *add.*
CARPZ. p.2. *Pr. Crim. q. 79. num. 27.*

VIII.

*Provocatus porrò injuriam illatam retorquere
potest in continenti, & cum moderamine justæ
defensionis (a) Undè si tu mihi dicas latro-*
D nem,

nem, & ego dico, quod latro es Tu, quoniam
fit ad propulsandam INJURIAM non
facio (b).

a) INcontinenti ideò, quia ad animum non revocata sta-
tim, saltem non nascitur: ut supra. Et est ferè quic-
quid hic datum est privatis concessum justæ iracundiæ:
quam longum sustentare Christiano homine indignum
est. Sicut porro bono cive committere in LL. publicas,
quæ defensionem hic saltem permittunt privatis, ad exem-
plum ejus, quod in defensionem vitæ liceat occidere.
HENRIC. ZOES. D. hic. num. 9. Nullam verò largiuntur
ultionem & vindictam, quæ solius Magistratus est in Re-
publ. secundum quod DEI est in Imperio hujus universi.
Mea est vindicta, inquit, ego retribuam. V. AMESIUM
de consc. l. 5. c. 3. num. 6. & add. MARC. SALOMON. in. l. 3.
de l. & l.

b) THUSCUS lit. l. concl. 164. n. 11. per multas distin-
ctiones. Et est ratio, quod provocatus non habeat ani-
mum injuriandi GAIL. 2. Obs. 100. Undè solent etiam de
eo protestationes fieri uti videbo Concl. seq. Quod est o-
mninò verum, si mutæ injuriæ objectio diluat injuriæ ob-
jectionem, simul ac inde natam actionem. HENR. ZOES.
D. b. n. 9. HENR. HAHN. n. 13.

IX.

*Similitèr injuriam absenti dictam scripta etiam
retorsione enervare licet, simul ac ejus contra-
xerit notitiam.*

Ratio

Ratio dubitandi erat, quod scriptura est perpetua: verba vero sunt temporalia & transitoria. R. utraque verbalis est sub *concl. 3. lit. b.* quam verbis rectè repellimus, modo aliàs non excedatur in tempore aut iusto moderamine; quod in proclivi est, si ore tenus injurianti novitèr retorsionem facere velis. In quam rem clarissima est decisio *Novell 85.* So sollen zwar in unsern Landen dergleichen in Rechten zugelassene Retorsiones nochmahls verstellet werden / jedoch anderer Gestalt nicht / als wann sie auff unverwandten Fuß / oder so bald der Injurirte vernimbt oder erfähret / daß er in seinem Abwesen geschmähet sey geschehen / kein Excess darbey begangen / sondern ein moderamen gehalten / und die retorsion etwan auff diese oder dergleichen Masse: daß das jenige / was einem Schuld gegeben worden verneinet / und daß ihme der Injuriant Unrecht und zuviel gethan / oder als kein redlicher Mann die Wahrheit gesparet / und hingegen die Unwahrheit gebrauchet hette / oder er hielte ihn so lange selbst vor einen solchen Menschen wovor er ihn ausgegeben / bis er es ihm bewiese / eingerichtet werden. Unde nata formulæ inter Notarios si placet solennes: Als will an stat der in Rechten auff dergleichen Ehren-Schänder geordneten vindict und Straffe ich dem Boshafftigen injurianten angezeigte injurien (jedoch nicht animo injuriandi, deluper solenniter protestando, sondern zu nothwendiger defension und Rettung meiner Ehren) in seinen Hals und Busen / in sein Hertz und Maul daraus sie gekommen seyn retorqviret und geschoben haben / dergestalt und also / daß ich ihn so lange für den jenigen halte / der Bubenstück begehret / bis er auff mich wie Recht dergleichen erwiesen und durch Urthel und Recht mich überzeuget habe. Et possunt ejusmodi libelli retorsionales ab injuriato adhibitis ad minimum duobus testibus convitia-

D ij

tori

tori insinuari : aut si in iudicio fiat injuria Retorsio scripta ad acta poni, modo etiam quandoque in forma Registraturæ. Communissimè verò coram Notario & testibus fiunt, cui data arrha porrigitur à Requirente Scheda Retorsionis, ut injurianti eam insinuet, vel dicat saltem contenta, si tutum ita videbitur. Deinceps super ita gestis instrumentum conficitur, quod præterquam quod Domino extrahi debet pro honorario, etiam aliis aliquando, quorum interest, insinuari potest. AD. VOLCKMAN. *Art. Notar, T. 21. c. 82. f. 431. seqq.*

X.

Exitus hic rerum extra crimen est (a) quo non omni vacat novi simul criminis ab indignante objectio (b) etiamsi illud verum est (c) saltem quod non intersit sciri in publicum (d).

a) **E**T sic pœnam aut reprehensionem non meretur: quippe quod Jure permittente fit. *arg. l. 4. C. ad L. Jul. de adulter. l. ult. D. ibi BARTOL. quod quicq; Jur. in al. stat. AUG. BARBOSA l. 14. c. 25. ax. 2. HENRIC. ZOES. ad D. b. num. 9.*

b) **Q**uam fecimus supra Recriminationis speciem non undiq; tutam. Et hoc ita, quod continet novam injuriam; quippe quæ dicto aut facto contumelioso cum animo injuriandi perficitur. Adeoq; reverà utriq; injuriantium parti quæratur adversum criminantem actio: velut positâ totali & integra causa obligationis, quæ faciat necessitatē solvendæ
pœnæ

6
pœna secundum nostræ civitatis Jura. Quæ nec per opposi-
tam compensationem tolli possit: ita ut mutua injuriæ non
compensentur secundum communem Dd. opinipnem,
eam q; practicam. FELIN. in c. dilecti. n. 10. de Except. & in c. 1.
n. 2. de injur. SPECULATOR in tit. de accus. §. 1. vers. quid si revo-
cant. DN. CARPZ. cum toto corpore allegatorum p. 2. q. 97. n. 42.
In tali casu: Si Titius Se jun. Latronem; Se jus e contra
Titium furem vocaverit vel adulterum, injurias hasce
non compensari, sed utrumq; de injuria sua agere posse.
Quod perspicacius est in aliò exemplo: Si Cajus convitium
dixerit, Tu alapa repellas: aut si colaphum dederit, tu duos
&c: omne enim id, quod in excessu est velut injuriosum &
delinquens vindicatur per legitimos tramites: Disf. Dd.
non pauci, qui putant ex odio processus injuriarum Civilis
inter partes compensari recte posse injurias, ut sufficiat, u-
trumq; delinquentem manere obstrictum Judici in pœ-
nam: Abb. in c. si rixam 1. n. 1. & c. de injur. TIBER. DECIAN.
in Tr. Crim. l. 3. c. 33. n. 15. HENR. ZOES. ad D. b. n. 9. Et ita se in
facto respondisse scribit ARN. REYHER. in Thesaur. b. n. 43. de
eo qui IN CONTINENTI convitium convitio alio repule-
rat. Quod imputare sibi debeat hæc auctor rixæ idem,
qui primus iracundiæ ex iniqua cavillatione. Qui enim
ira quid facit, non incipit, sed qui ad iram provocat. VINCENT.
CAROCC. decis. 113. n. 4. sed prior opinio communis est & pra-
ctica post DAN. MÖLLER ad C. Elect. 42. n. 35. p. 4. DN. CARP.
d. q. 97. n. 45. Altera saltem utilis est. I. profacienda com-
pensatione in eum casum, quando utrinq; facta sunt convi-
tia, neq; apparet, uter primus convitarii cœperit. l. 45. §. 3. ad
L. & qvil.: SCHRAD: p. 9. c. 4. n. 85. & 86. CARPZ: d. l. n. 47.
Qua occasione simul adnoto, Retorsionis Retorsionem
nullam esse legitimam Decis. Elect. N. 85. f. II. pro mitiganda
D i j poena



pœna ordinariâ iis, qui provocati convitium replicarunt.
DOM: CARD: THUSC: *Concl. 953. lit. P. n. 5. c. 6. & n. 16. & 17.*
GAIL. 2. *Obs. 110. n. 16.* sic enim ignoscendum est ei, qui provo-
catus ulcisci se voluit. *L. 14. § si libertus. ff. de bon. libert.* quali-
tèr in genere omnis excessus defensionis legitimæ arbitra-
riè saltem punitur. *SCHRADER. Tr. F. p. 9. c. 4. n. 80. seq.*, adeò
ut non modò ordinaria pœna plectendus veniat, qui provo-
catus injuriis atrocioribus alterum occidit. *DN. CARPZ. p. 1.*
q. 30. n. 72. seqq.

c) Veritas convitii an excuset injuriantem? multæ quæ-
stionis est apud Interpretes. Et in quæstione quidem præ-
judiciali, si injuriam faciat? plana est responsio; præsuppo-
situm enim animum lædendi famam atq; existimationem
alterius presso pede insequitur in facto delictum. Quod
non relevat, etiamsi Reus probare velit. *l. 3. C. de Offic. Rect.*
Provinc. P. HEIG. q. 31. n. 41. aut auctorem suum indicare.
CARPZ. p. 2. q. 96. n. 67. contra CHIL. KÖNIG. in proc. c. 138. n. 6.
Secundum quæ communis etiam rectè negat præsentem
v. CARPZ. p. 2. q. 96. n. 73. Et est dispositio planissima in *Ordin.*
Criminali Carolina art. 110. und ob sich auch gleichwohl die
aufferlegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit
erfunde / soll dennoch der Ausrußer solcher Schmach nach
vermöge der Rechten und ermessung des Richters gestraffet
werden. *add. Const. Elect. 44. p. 4. §. fin.* Equid verò si apud
Magistratum quis infamaverit? R. Tum omnino præsumi-
tur fecisse, ut super objecto crimine (quod tñ. utiq; probare
debet) inquisitio institueretur. *ARN. VINN. ad §. 1. de injur.*
n. 2. Quomodò tuto quis in judicio saltim Civili potest con-
tra adversarium excipere de crimine publico, idemq; su-
spenso processu Civili probare, vel si atrox sit, petere ut ju-
dex

dex ex officio inquirat, *eleganter. DN, HEIG. p.1. q.39. n.40. seqq.*

d) Sic quoq; si injuriandi animus ad fuerit (sic e.g. inter rixas, aut extra judicium objecerit) adhuc puniri debebat. *TREUTLER. vol.2. disp.30.1b.5. Lit. G. DN. BRUNNEMAN ad L. cum qui nocentem 18. D. h. t. DN. STRUV. Exerc.48. th.55. sed limitat rursum communis ap. CARPZ. d.l. ut illud quod in excessu est injuriantis in favorem publicæ causæ condonetur. Reip: enim maximè interest puniri delicta: & placatur sic quodq; DEUS si delicta puniantur. A. BARBOSA. l.4.c.12 ax:9.*

Concludo cum SIMONE à GROENEVEGEN *LL. abrogat ad L.18. D. de injur: Veritas convitii excusat à palinodia, sed non à mulcta pecuniaria: nisi quis apud Judicem aliosve oportuno loco talem injuriam dixit, quam scire & punire publicè expedit. f.270.*

ADDITAMENTA.

- I. Verum convitium animo corrigendi objiciens; non tenetur injuria um. *Did. Covarruv. V. R. l.1.c.11.n.6.*
- II. Pro defensione rerum suarum vel familiæ convitians non tenetur injuriarum. *Bald. Consil.143. Lib.2.*
- III. Vasallus arripiens frenum equi cui Dominus insidet & impedire eum ire quò volet, ob injuriam commissam feudo privatur. *Lud. Schrader. Tr. Feud. p.9. c.4. n.29. f.345.*

SOLI DEO GLORIA.

Ad

Ad
Nobilissimum Clarissimumq;
DN. JOACHIMUM ANDREAM
KLEY,

Fautorem atq; Amicum suum certissimum
eruditæ Disfertationis de RECRIMINATIONIBUS
Autorem facundissimum.

Imprium benè multa potest: subjectio Civem
Postulat, & scriptis tantisper Legibus uti.
Hoc æquum simul atq; BONUM. Nunc addere
nolim.

Exemplum; sed Tu sistis DOCTISSIME CLAZI.
Euge! BONUM FACTUM, quod jam BONA VER-
BA meretur.

Quæso BONUM FACTUM! quod mox BONA
PROEMIA solvat.

scr. festin.

PRÆSES.



ULB Halle
003 007 642


3



86

VD17







disput: 24.

9
1672
86

Q. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA,
De
JURE RECRIMI-
NATIONUM

QVAM
EX INDULGENTIA MAGNIFICI
CTORUM ORDINIS
PRÆSIDE
DN. FRANCISCO HENR. HÖLTICH,
JURIUM DOCTORE ET ADVOCATO
CONSISTORIALI
PUBLICE DISCUTIENDAM S.
JOACHIMUS ANDREAS KLEY,
ERFFURTENSIS.
AD D. X. AUGUSTI.
WITTEBERGÆ,
Literis MICHAELIS MEYERI, cl^o l^oc LXXII.

